Itē debet diſtantes viſitare et vā
pue ad eum ire non valentes ⁊ ſicut
fecit ſamuel arguēdo et iudicando.
i. Regum. vij.

Itē debet delinquentes punire ſi
cut fecit moyſes qñ vitulum aureū
adorauerunt. Exodi. xxxij.

Itē debet ꝯtumaces et peſtiferos
de grege expellere et extirpare ſicut
fecit moyſes de thore et illis qui eis
adheſerunt. Numeri. xvi.

Itē debꝫ pro omnibꝰ aſſidue ora
re ſicut fecit moyſes et ſamuel ⁊c.

De prelatis malis

Recepit dominꝰ moyſi di
cens. Numeri. xxv.
Tolle omnes principes po
puli et ſuſpende eos contra ſolē quia
mali erāt dixit moyſes ad aaron qñ
fecit populo vitulum quid tibi fecit
populus hic vt induceres ſuper eū
peccatum hoc maximum Quā mul
tum peccat prelatus ī ſubditos quā
do eorum praue condeſcendit volū
tati. Exodi. xxxij.

Totū pondus plij verſū eſt ī ſaul
et occiſus eſt. i. Regum. xij.

Malus fuit et deo non placuit ro
boam quia populuꝫ nimis grauare
voluit magnam eius partem perdi
dit. iij. Regum. xij.

Ipſe quoqꝫ ierobeā populum ydo
la fecit adorare. iij. Re. xiij.

Rex ſyrie precepit principibꝰ ⁊ po
pulis ſuis dicens non pugnabis cō
trā maiorem et minorem quempiam
ſed contra regem iſrahel ſolum qui
fuit achab nequiſſimus licet habitū
mutaſſet tamen occiſus eſt. iij. Re
gum. xxij.

Manaſſes rex ſeduxit iudā ⁊ ha
bitatores iheruſalem vt facerent ma
lum. ij. Paralipominon. xxxiij.

De nabuchodonoſor dicit yſaye.
xiiij.

Itē terram tuā diſperdiſti populū
et occidiſti. Sedechias dixit princi
pibꝰ ieremiam occidi petentibꝰ ecce
in manibꝰ veſtris ē. Ieremi. xxxviij.

De malis principibꝰ et platis di
citur. Ezechielis. xxxiij.

Ve paſtoribꝰ iſrahel qui paſcebāt
ſemetipſos. Et nota ibidem multa
conſequenter Mali fuerūt preſpite
ri qui ſuſānam ad morteꝫ condemna
bant. Danielis. xiij.

Rex demetrius cōſtituit alchimū
proditorem et impium in ſacerdocio
et mādauit vt ī filios iſrahel faceret
vltionem. i. Macha. vij.
Bachides elegit viros ipios et con
ſtituit eos dominos regionis expug
nabat amicos iude. i. Macha. ix.

Proprietatem malorum platorū
tangit dominus. Mathei. xxiij.

Sup cathedrā moyſi ſederūt ſcri
be et phariſei ⁊c. dicūt et nō faciunt
et ſequitur. Clauditis regnum celo
rum ante homines et vos non intra
bitis nec alios ſinitis intrare. Itē io
hānis. x. Mercenariꝰ et q̄ n̄ ē paſtor
vidit lupū venientē et dimittit oues
et fugit. Pylatꝰ ſciens qđ iudei cri
ſtū p inuidiam ſibi tradidiſſent tamē
xpī fauorem populi tradidit euꝫ vo
luntati eorum. Mathei. xxvij.

Principes ſacerdotum ⁊ qui cū illis
erant iecerunt manus in apoſtolos
et poſuerunt eos in publica cuſtodi
a. Actuum. iiij.

Itē nota quō princeps ſacerdotū
paulum percuti fecit. Act. xxiij.